

Liber

Ahuc prosequitur materiam suā de terminando que res legari possunt. vñ pone sic casum. Domine quidam legauit. p. fundū ipsius p. modo quero a vobis vtrum valeat legatum. et respondet q̄ non. nam licet supra dictum sit alienā rem legare posse. si tamen aliquis rem p̄ priam ipsius legatarij ei legauerit inutile est legatum. et hoc ideo q̄ illud quod p̄ prium est ipsius legatarij amplius ei⁹ fieri non potest. et in hoc casu iterum inutile est legatum et nullius est momenti. q̄ nec ipsa res nec ipsa estimatio debet. Sz po. quidem testator rem suam p̄ priā credens esse alienam eam quasi alienam legauit. p. ego quero vtrum valeat. respondet q̄ sic iustinia. dicens ita. si quis rem suam quasi alienam legauit in h̄ casu bene valet legatum. nam plus valet quod ē in veritate q̄ q̄ est in opinione. Sed domine ponamus q̄ testator putauit rē suam esse legatarij legauit nūquid valet tale legatum. Respondet q̄ sic. in hoc em̄ casu legatum valere constat. q̄ volūtas testatoris volentis huiusmodi rem acquiri legatario exitum habere potest. et hoc dicuntur vsq̄ ad illum. §. Si rem suam In p̄ sen. i. §. ita pone casum. quidam legauit. p. fundum postea idem testator eundem fundum vendidit. m. quero vtrum valeat legatum: an videatur ademptum p̄ alienatōem factam a testatore. Respondet iustinianus q̄ in hoc casu sentētia celsi tenenda est. celsus em̄ in hoc casu estimat q̄ si testator non adimendi animo fundum legatum vendidit ubiominus etiam post alienatōem debet legatum. et hoc idem diuus seuerus et anthoni⁹ rescripserunt et quidem principes in quodam alio casu idem ius statuerunt videlicet in tali casu. Quidam fecit testamentum et in testamento suo quedam p̄ dia legauit. p. et postea eadem p̄ dia. p. e. legata p̄ gnori obligauit. nam recte in hoc casu rescripserunt testatorē obligando p̄

dia legata legatum non videri admississe et ideo legatarius cum herede experiri poterit actione ex testamento ut p̄ dia a creditore luat. et q̄s dixit supra quādo testator totam rem legataz alienauit: idē iuris est et si partem rei legate alienauerit. nam in parte nō alienata ita demum valet legatum si testator non adimendi animo eam alienauit. et hoc dicitur vsq̄ ad illum. §. Si quis debitori suo In p̄ senti. §. ita pone casum. Quidem habuit debitorē in. c. et in testamento suo legauit debitori suo liberatōem: modo quero vtrum valeat huiusmodi legatum. et respondet iustinia. q̄ sic. nam si quis debitori suo liberatōem siue quittance legauit in hoc casu vtile est legatum. et neq̄ ab ip̄o debitorē: neq̄ ab herede debitoris vel a quocūq̄ alio eius successore heres testatoris aliquid consequi poterit. sed etiam debitor cui liberatio legata est cum herede testatoris agere poterit et eum liberet. Et nō solum in casu p̄ dicto valeret legatum videlicet quando liberatio legata est sed etiam si dilatio debita legata sit valet legatum. vñ quādo dilatio debiti legata est. potest em̄ testator iubere ne heres suus vsq̄ ad aliquod certum tempus a debitorē petat. sed licet dixerim tibi valere legatum liberationis secus tamen est in casu conuerso. nam si debitor q̄ debet pure creditori suo eundem legauerit inutile est legatum. et hoc est verum si nihil plus est in legato q̄ in debito. quia in hoc casu legatarius nullam vtilitatem ex huiusmodi legato habebiturus est. et hoc verum est quando pure debitor legauit. sed si debitor quod in diem vel sub conditione debet creditori suo pure legauit eidem in hoc casu vtile est legatum. videlicet propter modum representationis. quia illud q̄s primo erat in diem vel sub conditione debitorē legatum mortuo testatore purificatum est. sed quid si viuo testatore dies vene-